Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De inventione sancti Stephani

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

rur & omnis multitudo pre timore nimio
aufugit. ipse uero aduentum scorum intre
pide expectat. Quod audiens valerianus mili
tes plures pluribus ad eum misit. Cum uero ue
nientes eum missam celebrantem inuenerunt
& stantem intrepidum incepta deuote
perficientem in sua sede decollauerunt.

De inuentione s. stephani prothomartiris

Inuentio corporis
prothomartiris stephani. Anno domini. ccc
xvij. septimo honorii principis an
no. facta fuisse narratur. Repitur autem
eius inuentio translatio & coniunctio.
Inuentio ipsius hoc ordine facta fuit.
Sacerdos presbiter nomine lucianus in territorio ier
solitano quem Genadius inter uiros il
lustres commemorat & hoc septimo sit fer.
vi. cum strato suo quiesceret & pene
euigilaret. vir quidam senex statu
ra procerus vultu decorus. barba pro
lixa. pallio candido amictus cui ge
mule auree & cruces inerant con
texte calciatus caligis insuper facie
deauratis eidem apparuit et manu au
rea uirgam tenens tetigit eum dicens.
Summa cum diligentia nostros patefaci
te tumulos quia indecenter despecto
loco reconditi sumus. vade igitur dic iohi
episcopo iherosolitano. ut nos in honora
bili loco reponat. quia cum siccitas & tri
bulatio mundum occupasset nostri su
ffragiis deus mundo propiciari decreuit.
Cui lucianus presbiter dixit. Domine quis
es. Ego sum inquit Gamaliel qui paulum
apostolum enutriui. & ad pedes meos le
gem perdocui. Qui autem mecum iacet scs est
stephanus. qui a iudeis lapidatus extra
ciuitatem proiectus est ut a feris & a
uibus deuoraretur. Sed hoc omnino ille
prohibuit cui idem martir illesam fi
dem seruauit. Ego autem ipsum cum reueren

tia multa collegi & in meo nouo tumu
lo sepeliui. Alius autem qui mecum iacet
est Nychodemus nepos meus qui nocte
ihesum adiit & a petro & iohanne sacrum
baptisma suscepit. Quare pontifices indig
nati eum principes sacerdotum eum occi
dissent nisi ob nostri reuerentiam desti
tissent. Verumtamen omnem ei substantiam diripuerunt
& eum a principatu deposuerunt. plagis
que eum afficientes ubi ibi semiuiuum
reliquerunt. hunc cum ego in domum meam
duxissem diebus aliquibus superuixit.
& defunctum iuxta pedes sci stephani
sepeliri feci. Tercius uero qui mecum est
ipse est abibas filius meus. Qui anno eta
tis sue uicesimo mecum baptisma sus
cepit & uirgo permanens cum paulo
discipulo meo legem didicit. Uxor au
tem mea ethea & solempnias filius meus
quia fidem noluerunt recipere non nec equidem
digni sepultura fuerunt sed eos alibi
sepultos inuenietis. & eorum tumulos
uacuos & inanes. hec dicens scs Ga
maliel disparuit. Lucianus uero euigi
lans dominum exorauit ut si uisio
uera esset eidem secundo & tercio appa
reret. Insequenti igitur fer. vi. eidem sicut
prius apparuit & ait ei quare sibi dicta
neglexerit quesiuit. Cui ille inquit domine ne
glexi. sed rogaui dominum ut si a deo
esset in tercio appareret. Dixitque ei ga
maliel. Quoniam inquisisti tua cogitatione
si nos inueneris quomodo singulorum reliquias
discernere posses. exhibeo que tibi si
militudine ostendo singulorum loculos
& reliquias decerno. Ostendit itaque
tres calathos aureos & quartum ar
genteum quorum unum plenum rosis rube
is. & alium rosis albis. Quartum etiam
ostendit calathum argenteum reple

num croceo albo. Dixitque gamaliel.
Hii calathi nostri sunt loculi et thesauro
sanctorum reliquie. Calathus plenus rosis
rubeis est loculus sancti stephani qui solus
ex nobis meruit martirio coronari. Alii
duo rosis albis repleti mei et ny-
chodemi sunt loculi qui sincero corde
in confessione christi perseveravimus. Quar-
tus vero argenteus croco plenus est abybon
filii mei qui candore virginitatis
pollutus et mundus de mundo exivit. Hec
dicens iterum disparuit. Feria autem sexta se-
quentis ebdomade eidem iterum apparuit et de
dilatione ac negligentia eum gravi-
ter increpavit. Continuo ergo lucianus
Jerosolimam adiit et iohanni episcopo cuncta
per ordinem enarravit. Pergunt igitur cum
aliis episcopis accedentes ad locum predictum lu-
ciano ostensum. Cumque cepissent fodere
terra commovetur et suavissimus odor senti-
tur. Ad cuius odoris mirum flagitia
nimis sexaginta et decem homines a diversis
infirmitatibus liberantur. Sepe est in ecclesia
syon que est in Jerusalem. Ubi est sanctus ste-
phanus archidiaconi officio functus.
cum magno gaudio sanctorum reliquias
transtulerunt et eas ibidem honori-
fice condiderunt. Ea autem hora plu-
via magna descendit. Huius visio-
nis et inventionis inventionem fa-
cit beda in cronica sua. Hec autem inven-
tio sancti stephani facta est ea die qua passio
in hac die fuisse dicitur. Festa autem ab
ecclesia mutata sunt duplici ratione.
Prima est quia christus ideo natus est in terris
ut stephanus nasceretur in celis. Decuit
igitur ut natali domini continuaretur continua-
retur natalis sancti stephani qui primus pro ipso
martirium passus est. Ut quia est natale domini ideo
ut per hoc notaretur una et alia sancti
viri et cantatum de ipso. Hec est enim natus est in terris
ut homo sit natus in celis. Secunda ratio est quia fe-
stum de inventione sollempnius agebatur
quam festum de passione et hoc tum propter re-
verentiam nativitatis domini tum propter multa miracula
que in ipsius inventione dominus ostenderat. E-
ligitur passio eius dignior est quam inventio.
et hoc sollempnior debet esse. Ideo ecclesia festum
de passione ad illud tempus transtulit
in quo amplior reverentia habetur. Trans-
latio autem eius ut ait augustinus hoc modo
fuit facta. Alexander senator
constantinopolitanus Jerosolimam cum uxore
sua adiit et prothomartiri stephano pul-
cherrimum oratorium construxit ac post obi-
tum eius iuxta eum corpus sepeliri fecit. Evo-
lutis ergo septem annis Julia eius uxor in
patriam suam volens redire ut potest que
a principibus iniuriam paciebatur corpus viri
voluit deferre quod cum ab episcopo cum multis
precibus postulasset episcopus duos loculos
argenteos protulit dicens. Non novi
quis ex hiis sit loculus viri. Cui illa.
Ego novi et impetu facto amplexata
est corpus beati stephani. Sicque dum corpus viri pu-
tat accipere corpus prothomartiris accepit.
Cum autem navim cum corpore conscendisset
ymnum audiunt angelicum suavissimum
odor efflagrat clamant demones.
sevam suscitant tempestatem dicentes.
Ve nobis quia prothomartir stephanus transit
durus nos verberans igne. Cum ergo
naute naufragium formidarent. Ste-
phanus invocatur et continuo apparuit eis
dicens. Ego sum nolite timere. Sta-
timque tranquillitas magna subsecu-
ta est. Tunc audite sunt voces demo-
num clamantium. Impie princeps navem
incende quia adversarius noster stephanus est
intra. Tunc princeps demonum v de

moneret' q nauem ascenderent nisi: sz an
gelus dni eos in profundum dimisit. Sed
cum calcedonem uenissent: omnes clama
bant. Suus dei uenit qui lapidatus
est ab iniquis iudeis. Constantinopo
lim igitur incolumes perueniunt et in qua
dam eccia corpus sci stephi cum magna reue
rentia condiderunt. h. aug. C. ¶ Co
niunctio autem corporis bti stephi cum corpore
sci laurentii hoc ordine facta fuit. Con
tigit n. eudoxiam filiam theodosii impera
toris a demone grauiter cruciari. Quod
cum patri constantinopoli aduectum nuntia
tum fuisset: iussit filiam constan
tinopolim adduci. ut sacrosanctas pro
thomartiris reliquias tangeret. Demon
autem intus clamabat. Nisi stephanus romam
ueniat non exibo: quia sic est apostolorum uo
luntas. Quod cum imperator audisset: a clero et
populo constantinopolitano obti
nuit. ut corpus sci stephi romanis da
rent et ipsi corpus laurentii acciperent.
Tunc imperator super hoc pelagio pape scrip
sit. Papa uero de consilio cardina
lium imperatoris petitioni consensit.
Missi igitur constantinopoli cardina
les corpus bti stephi romam deferunt
et greci pro accipiendo corpore laurentii
prosequuntur. Corpus igitur sci stephi reci
pitur et brachium eius dextrum accipere de
uotis precibus obtinent. et metropolita
na eccia in eius honore fabricatur. Cum autem
romam uenissent et in eccia sci petri
ad uincula corpus deferre uellent, por
tatores subsistunt nec ultra procedere pos
sunt. Demon autem in puella clamabat.
Frustra laboratis quia non hic sed apud
fratrem suum laurentium sedem elegit.
Illuc igitur corpus defertur et ad eius tactum
puella liberatur. At laurentius fratris sui

aduentum quasi gratulans et arridens
in alteram partem sepulchri recessit. et
medietatem illius sibi uacuam dereliquit.
Greci uero dum manus apponunt ut lau
rentium auferrent: ad terram uelud ex
animes corruerunt. Sed orantibus papa cum
et clero et populo uix ad se ad uesperam
redierunt. Omnes tamen infra x. dies mortui
sunt. Latini etiam qui eis consenserant in freneslim
uersi sunt. et sanari non potuerunt quousque sca
corpora insimul tumulata fuerunt. Tunc
uox de celo audita est. O felix roma
que corpora laurentii hispani et stephi ie
rosolimitani gloriosa pignora in uno claudis
mausoleo. Factum est autem coniunctio circa annos
dni ccc. xxv. ¶ Refert aug. in lib.
xxii. de ciuitate dei. vi. mortuos ad
inuocationem sci stephani suscitatos.
videlicet quendam qui cum mortuus sic iaceret
ut ei iam pollices ligarentur inuocato super
eum nomine bti stephi continuo suscitatus
est. ¶ Item quendam puerum a plaustro contritum
quem mater ad ecciam sci stephi detulit:
uiuum et sanum recepit. ¶ Item quandam
sanctimonialem que cum in extremo spu
constituta ad ecciam sci stephi dela
ta fuisset et ibidem exspirasset: uiden
tibus omnibus et stupentibus sanata sur
rexit. ¶ Item quandam puellam apud
yponem cuius tunicam cum pater ad ecciam
sci stephi deportasset eam postmo
dum super corpus defuncte filie proiecit et
illa statim surrexit. ¶ Item quendam
iuuenem apud yponem cuius corpus est
unctum fuisset oleo sci stephi statim
surrexit. ¶ Item quendam puerum qui cum
ad sepeliendum mortuus fuisset delatus
ab inuocatione sci stephi uite est
protinus restitutus. ¶ De hoc nimirum pre
cioso sic dicit augustinus. martire uiri

Gamaliel scolatus reuelauit. Saulus spoliatus lapidauit. Christus pannis inuolutus ditauit et precioso lapide coronauit. Item in stephano emicuit pulchritudo corporis, flos etatis, eloquentia sermocinationis, sapientia sanctissime mentis et operatio diuinitatis. Ipse fortis columpna dei, cum inter lapidantium manus capitatorio forcipe tereretur, fundabatur, igniebatur et premebatur, grauabatur et producebatur, tendebatur et non uincebatur. Idem super illud: Dura ceruice. Hic non blanditur sed increpat, non palpat sed prouocat, non trepidat sed instigat. Idem: Attende stephanum conseruum tuum. Homo erat sicut et tu, de massa peccati erat sicut et tu, eo precio redemptus quo et tu. Dyaconus erat, euangelium legebat quod legis uel audis. Et tu ibi inuenies scriptum: Diligite inimicos uestros. Didicit legendo, perfecit obediendo.

De nomine sancti dominici

Dominicus dicitur quasi domini custos, uel a domino custoditus, uel dicitur dominicus quantum ad ethimologiam huius nominis, quia est domini. Dicitur autem custos domini tribus modis, scilicet custos honoris domini quantum ad dominum, custos uinee domini uel gregis domini quoad proximum, custos uoluntatis dei quantum ad se ipsum suique preceptorum domini. Secundo dicitur dominicus quasi a domino custoditus. Dominus custodiuit ipsum quantum ad triplicem statum suum, in quorum primo fuit laicus, secundo regularis canonicus, in tertio uir apostolicus. In primo eum custodiuit faciendo ipsum laudabiliter incipere, in secundo feruenter proficere, in tertio perfectionem apprehendere. Tertio dicitur dominicus per ethimologiam huius nominis. Dominus dicitur quasi donans minas uel munus. Uel donans munus. Sic beatus dominicus fuit donans condonans iniurias, minas per minutiam dimissionem, donans munus plus liberalitatis largitionem, quia non solum sua pauperibus tribuit sed se ipsum pluries uendere uoluit. Donans munus per corporis macerationem, quia corpori suo semper minus dabat quam appetebat.

De sancto dominico deno

Dominicus ordinis predicatorum dux et pater inclytus, ex hyspanie partibus in uilla que dicitur calaroga, oxomensis diocesis, patre felice, matre uero iohanna nomine, secundum carnem duxit originem. Cuius mater ante ipsius ortum uidit in sompnis se catulum gestantem in utero, ardentem in ore faculam baiulantem, qui egressus ex utero totam mundi fabricam incendebat. Cuidam etiam matrone, que ipsum ex sacro fonte leuauerat, uidebatur quod puer dominicus stellam prefulgidam haberet in fronte, que totum orbem illustrabat. Dum adhuc esset puerulus et sub nutricis custodia consisteret, deprehensus est sepe lectum dimittere et super nudam humum iacere. Missus tandem pallenciam ad studium amore sapientie addiscende, uinum per decennium non gustauit. Uero cum fames ualida esset, libros cum omni sua suppellectili uendidit et precium eorum pauperibus erogauit. Crescente autem eius fama, ab episcopo oxomensi in sua ecclesia canonicus regularis efficitur, et postmodum factus hominibus uite speculum, cunctis canonicis supprior ordinatur. Ipse autem nocte ac die lectioni et orationi uacabat, assidue deum exorans ut sibi hanc gratiam infundere dignaretur quod se totaliter